

obediens perseverat. ¶ Quare presenti or-  
dinatione statuimus, & si qui fratrum diuina  
permittente justitia, & antiqui Hostis falla-  
cia procurante [quod ab sit] prememoratis  
criminibus, aut aliquo ipsorum fuerint irre-  
iti, pro absolutionis beneficio ad præfatos  
Ministros, vel eorum Commissarios recurre-  
re debant sine mora. ¶ Nullus Confessor pos-  
sit absoluere de tactibus impudicis & enor-  
mibus, nisi qui de Lapsu carnis habet licen-  
tiam absoluendi. ¶ Et desolitantibus ex-  
certa scientia ad peccatum carnis, idem iu-  
dicium habeatur. ¶ Item, Custodes non pos-  
sunt absoluere à predicitis, & in priuato co-  
missis, nisi per Ministrum specialiter commit-  
tatur eisdem. ¶ Item, si aliquis Prælatus, com-  
mittat alicui subditorum suorum au&torita-  
tem suam super illis casibus, qui Superio-  
ribus Prælatis reseruantur: si contingat Pre-  
dictos Prælatos mori, vel ab officijs suis a-  
moueri, talis cōmissio penes illum cui fa&t;  
fuerit, remaneat, donec alius similis Præla-  
tus habeatur. ¶ Et quicunq; Confessor, ex-  
certa scientia, præsumpserit absoluere à pre-  
dictis, suspensus sit ipso facto à Confessioni  
bus audiendis: nec restitui possit nisi per